*Adſpice victoris vultus et prælia* TROMPI,
*Et cinctum roſtris Belga tuere caput.*
*Nos quoq; Pompeios ſtanteſq; in puppe Cimones,*
*Intrepidumq; mari Timoleonta damus.*
*Hic alia Salamine, alia ſtant Aulide claſses,*
*Atq; alias alius poſcit Iaſon opes.*
*Flamma furit, tabulata ruunt et tranſtra foriq;,*
*Et medijs Chalybum fluctibus æra tonant.*

*Hoſtibus immixtus trucibus trux hoſtis inerrat.*
*Nec nebula Hiſpanum dedecus atra tegit.*
*Pro Batavo pugnant Zephyri coelumq; Deuſq;,*
*Parvaq; vis valido pernicioſa Tago eſt.*
*Claſsica* TROMPIADEM *celebrant, lituiq; tubæq;,*
*Nec moritura Ducum præmia victor habet.*
*Attilios dic, Roma, tuos. nos diximus illum,*
ROTTERA *cui patriam* DUNA *trophæa dedit.*

CASPAR BARLÆUS.

A. Duijnkerka.
B. Maerdijcka.
C. Grevelinga.
C. Brevia Splinter dicta.
D. Adm. Trompius cum navibus XII
E. Duijnkerkanj cum XXII navibus
F. Tres naves Britannorum.
F. Dunæ.
G. Adm. Trompius cum XIX navibus.
G. Navis annonã ferens.
H. Claſsis Hiſpanica navium LXVII.
I. naves Zelandorum IX, cum duabus raptis.
K. Dunæ.
L. Adm. Trompius et claſsis noſtra.
M. Vicepræfectus Wittenius Wittenij f.
M. eiuſdem naves.
N. Anglorum claſsis.
O. Oequendus Hiſp. Præfectus.
P. Admiral. Portugalliæ.
Q. Adm. Biſcaiæ.
R. Vicepræf. Gallæciæ.
S. Admiralius Duijnkerkæ.
T. Vicepræf. Iohannes Everardi.
V. Præfectus Houtebeenius.
W. naves Hiſp. Illiſæ in littus.
X. duæ Hollandorum illiſæ in littus.
Y. Gom pulvillus.
Z. naves incendiariæ.

Abr. Waeſb. excud.

Hollstein V 141, 159

Niedersächsisches Ministerium für Wissenschaft und Kultur
© HAUM http://kk.haum-bs.de/?id=dalen-c-v-ab3-0028
© Herzog Anton Ulrich-Museum Braunschweig